

**4271** L. Iulio Ur[so Serviano] | cos. III<sup>1</sup>, non. O[ct.] | ecitium<sup>2</sup> taurobolium<sup>3</sup> | Veneris caelestae (sic) et panteliu[m]<sup>4</sup> | Herennia Fortunata imperio deae | per Ti. Claudium Felicem sacerd.<sup>5</sup> | iterata est.

**4272** III non. Dec. | L. Lolliano Avito cos.<sup>6</sup>, | Thalame Hosidiae Afrae | cum suis condite | per Ti. Cl. Felicem sacerdotem.

*Portici, deinde Neapoli in museo, incertum ubi repertae, sed videntur Puteoloniae esse (X 1596. 1597 p. 1008 vidit Mommsen; cf. Huebner ex. scr. epigr. 540. 542). — 1) A. 154 (III fortasse coniungendam cum non. quod sequitur; neque tamen de uno ex prioribus consulatibus Serviani cogitaverim). — 2) Vocabulum ignotum. — 3) Sic sine dubio legendum, quamquam reliquiae admittunt etiam tauroboli vi... Est haec antiquissima mentio taurobolii in inscriptionibus. — 4) Vocabulum sine dubio ductum a παντελής; quid sit, ignoratur. — 5) Idem sacerdos in titulo qui sequitur. — 6) A. 144.*

**4273** Adonio<sup>1</sup> | Sep. Marcel|la et Sep. Sil|vanus et Sep. Marcia|nus pro filis | ex voto po|suit (in latere vir stans pateram tenens pomis plenam, in altero latere vir stans pateram tenens et urceum).

*Aquinci rep. (III S. 10592 vidit Mommsen). — 1) De forma nominis cf. app. Probi (Gramm. Lat. ed. Keil IV p. 199, 15).*

**4274** (dea sedens inter duos leones) deae Suriae sacr. | voto suscept. | pro | salute | .....<sup>1</sup> | Aug. Germanici | pontificis maximi, tr. pot. | D. Veturius Antigonus, | D. Veturius Sp. f. Philo, | D. Veturius Albanus | pater cum filis posuit.

**4275** (Iuppiter sedens inter duos tauros) I. o. m. sacr. | voto suscept. pro salute | .....<sup>1</sup> | Aug. Germanici | pontificis maximi tr. pot., | D. Veturius (et reliqua quae supra).

*Romae (VI 116. 117 saepius descriptae saec. XV. XVI). — Cf. Lucian. de Syr. dea c. 54 (ἀλλὰ τὴν μὲν λέοντες φορέουσι· ὁ δὲ ταύροισι ἐπέξεται); nummus ap. Eckhel 3, 262. — 1) Nomen imperatoris erasum (vix Maximini, ut statuit Henzen propter formas litterarum quas exhibet unus ex eis qui titulos descriperunt, Metellus; nam ille Germanicus maximus Sarmaticus maximus Dacicus maximus dicebatur, et ab eius aetate abhorrent tria nomina dedicantium), Domitiani fortasse vel etiam Neronis.*

Iovi o. m. et deae Suriae et una cum iis Genio venalicii dedicatus est titulus supra N. 5674.

**4276** (imago deae sedentis inter duos leones) P. Acilius Felix | d. d. Diasuriae<sup>1</sup> cum suis.

*Romae (VI 115 vidit Henzen; Huebner ex. scr. epigr. 278). — 1) Cf. N. 4277.*

**4277** Balti<sup>1</sup> diae | divinae et | Diasuriae<sup>2</sup> | templum f. T. Fl. | (reliqua videntur scripta fuisse in alio lapide).

*Aquinci rep. (III S. 10595 vidit Mommsen). — 1) Cf. Philo Bybl. Φοινικ. ιστ. (ap. Müller fr. h. Gr. III p. 569, 25): ὁ Κρόνος Βύβλον τῆ θραῖ Βααλτιδι τῆ καὶ Διωνῆ δίδωσι. — 2) Sic scriptum etiam N. 4276. 4280 (item ut videtur in chronici anni 354, ap. Momms. chron. min. I p. 147 v. 24).*

**4278** deae Balti | Flavia Vic|torina | pro se et p|ro suis om. | v. s. l. m.